genitrix. ℟ Super choros angelorum
ad celestia regna. Domine exaudi.
Et clamor. Oremus. Oratio.

DEus qui apostolis tuis
sanctum dedisti spiritum
concede plebi tue pie petitionis effec
tum ut quibus dedisti fidem largia
ris et pacem. Alia oratio

OMnipotens deus nos fa
mulos tuos dextera poten
cie et a cunctis protege periculis
et beata maria virgine et preleeis

nobis remedia facias et futura.
Deus qui conspicis quia nos undique mala nostra perturbant presta quesumus ut beati iohannis apostoli tui intercessio gloriosa nos protegat. Per christum dominum nostrum. R.
Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus dn̄o.
Deo gratias. Ad nonam. V.
Adoramus te xp̄e. Hympnus
Hora nona dominus ihesus expirauit. Hely clamans animam patri commendauit.
Latus eius lancea miles perforauit.

Ꝟ. Omnis terra adoret. Oratio
Domine ihesu xpiste fili.
Benedicamus domino.
Deo gracias. Ad nonam. Ꝟ.
Veni sancte spiritus Hympnus
Spiritus paraclitus fuit
appellatus. Donum dei
karisma fons uiuificatus. Spi
ritalis unctio ignis inflamma
tus. Septiformis gracia karisma
uocatus. Ꝟ. Emitte spiritum. Oracio
Omnipotens sempiterne.
Benedicamus domino.
Deo gracias.

Ad uesperas.





Eus in adiutori
um meum inten
de Domine ad
adiuuandum me

festina. Gloria patri et filio ⁊
spiritui sancto. Sicut erat ī
principio et nunc et semper et in
secula seculorum. Amen. Añt.
Beata mater. psalmus
Dixit dominus domino meo
sede a dextris meis. Donec ponā
inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. Virgam virtutis tue
emittet dominus ex syon domina
re in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die vir
tutis tue in splendoribus sancto
rum ex utero ante luciferum ge
nui te. Iuravit dominus et
non penitebit eum tu es sacerdos

in eternum secundum ordinem
melchisedech. Dominus a dex
tris tuis confregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus im
plebit ruinas conquassabit capita
in terra multorum. De torrente
in via bibet propterea exaltabit ca
put. Gloria patri. psalmus
Laudate pueri dominum
laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum
ex hoc nunc et usque in seculum.
A solis ortu usque ad occasum lau
dabile nomen domini. Excelsus
super omnes gentes dominus et
super celos gloria eius. Quis si

cut dominus deus noster qui in
altis habitat et humilia respicit
in celo et in terra. Suscitans
a terra inopem et de stercore erigēs
pauperem. Ut collocet eum cū
principibus cum principibus
populi sui. Qui habitare facit
sterilem in domo matrem filiorum
letantem. Gloria patri. Psalmus
Letatus sum in his que
dicta sunt michi in domū
domini ibimus. Stantes erāt
pedes nostri in atriis tuis iherusa
lem. Iherusalem que edifica
tur ut civitas cuius participatio
eius in id ipsum. Illuc enī

ascenderunt tribus tribus domi
ni testimonium israel ad confi
tendum nomini domini. Quia
illic sederunt sedes in iudicio sedes
super domum david. Rogate
que ad pacem sunt iherusalem et
habundancia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua et ha
bundancia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proxi
mos meos loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei
nostri quesivi bona tibi. Gloria
Nisi dominus edificave
rit domum in vanum
laboraverunt qui edificant eam.

Nisi dominus custodierit ci
uitatem frustra uigilat qui cu
stodit eam. Vanum est no
bis ante lucem surgere surgite post
quam sederitis qui manducatis pa
nem doloris. Cum dederit dilectis
suis sompnum ecce hereditas do
mini filii merces fructus uentris
Sicut sagitte in manu poten
tis ita filii excussorum. Beatus
uir qui impleuit desiderium suum
ex ipsis non confundetur loquetur
inimicis suis in porta. Gloria ps.
Lauda iherusalem dominum
lauda deum tuum syon.
Quoniam confortauit seras

portarum tuarum benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti saciat te. Qui emittit eloquium suum terre uelociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam nebulam sicut cinerem spargit. Mittit cristallum suam sicut buccellas ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet uerbum suum et liquefaciet ea flabit spiritus eius et fluent aque. Qui annunciat uerbum suum iacob iusticias et iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi et iudicia sua non mani

festauit eas. Gloria patri.
Añt. Beata mater et innupta
uirgo gloriosa regina mundi in
tercede pro nobis ad dominum.
Beata es uirgo maria
que dominum portasti
creatorem mundi genuisti q̃
te fecit et in eternum permanẽs
uirgo. Deo gracias. Hympnus
Ave maris stella dei ma
ter alma atque semper
uirgo felix celi porta. Sumẽs
illud aue gabrielis ore funda
nos in pace mutans nomen
eue. Solue uincla reis profer
lumen cecis mala nostra pelle

bona cuncta posce. Monstra
te esse matrem sumat per te pre
ces qui pro nobis natus tulit esse
tuus. Virgo singularis inter
omnes mitis nos culpis solu
tos mites fac et castos. Vitam
presta puram iter para tutum
ut videntes ihesum semper col
letemur. Sit laus deo patri
summo christo decus spiritui
sancto trinus honor unus. Amen.
℟. Post partum virgo inviolata
permansisti. Dei genitrix intercede
pro nobis. Ant. Rogamus te. Ps.
Magnificat anima mea
dominum. Et exul

tauit spiritus meus in deo salu
tari meo. Quia respexit humi
litatem ancille sue ecce enim ex
hoc beatam me dicent omnes ge
nerationes. Quia fecit michi
magna qui potens est et sanctũ
nomen eius. Et misericordia
eius a progenie in progenies ti
mentibus eum. Fecit poten
ciam in brachio suo dispersit su
perbos mente cordis sui. Depo
suit potentes de sede et exaltauit
humiles. Esurientes imple
uit bonis et diuites dimisit in
anes. Suscepit israel puerũ
suum recordatus misericordie

sue. Sicut locutus est ad pa-
tres nostros abraham et semini
eius in secula. Gloria patri. R.
Rogamus te virgo virginum roga-
mus te dignissima eterni regis spon-
sa rogamus te mundi regina que
sola meruisti esse ianua xpi ut pro-
prium pro nobis intercedas filium.
Domine exaudi. Et clamor. Oremus.
Deus qui corda fidelium
sancti spiritus illustra-
cione docuisti da nobis in eodem
spiritu recta sapere et de eius sem-
per sancta consolatione gaudere
Concede nos famulos
tuos quesumus domine

deus perpetua mentis et corpo
ris sanitate gaudere et gloriosa
beate marie semper virginis
intercessione a presenti liberari
tristicia et eterna perfrui leticia.
Ecclesiam tuam quesu
mus domine benignus
illustra et beati iohannis aposto
li tui et euuangeliste illumina
ta doctrinis ad dona perueniat
sempiterna. Per xpistum do
minum nostrum. Amen.
Domine exaudi orationē
meam. Et clamor meus ad
te veniat. Benedicamus do
mino. Deo grās. Ad vesperas.

Adoramus te xpe. Hympnus
De cruce deponitur hora
uespertina. Fortitudo la
tuit in mente diuina. Talem
mortem subiit uite medicina
Heu corona glorie iacuit supi
na. Vlus. Omnis terra. Oratio
Domine ihesu xpe fili.
Benedicamus domino.
Deo gratias. Ad uesperas. V
eni sancte spus. Hympnus
Dextre dei digitus uir
tus spiritalis. Nos def
fendat eruat ab omnibus ma
lis. Vt nobis non noceat demo
ni fernalis. Sed protegat fone

tatu. ℣. Emitte spiritum. Oratio
Omnipotens sempiterne.
Benedicamus domino.
Deo gratias.

Ad completorium.





onuerte nos deus
salutaris noster.
Et auerte iram
tuam a nobis De

us in adiutorium meum inten
de. Domine ad adiuuandum
me festina. Gloria patri et filio
et spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc et semper et i
secula seculorum. Amen. Ant.
Cum iocunditate. psalmus.
Memento domine dauid et
omnis mansuetudinis
eius. Sicut iurauit domino uo
tum uouit deo iacob. Si introie
ro in tabernaculum domus mee
si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero sompnum oculis
meis et palpebris meis dormitacio
nem. Et requiem temporibus

meis donec inueniam locum do
mino tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuimus eam in effra
ta inuenimus eam in campis sil
ue. Introibimus in tabernacu
lum eius adorabimus in loco ubi
steterunt pedes eius. Surge domi
ne in requiem tuam tu et archa sā
tificationis tue. Sacerdotes tui in
duantur iusticiam et sancti tui
exultent. Propter dauid seruū
tuum non auertas faciem xp̄i
tui. Iurauit dominus dauid
ueritatem et non frustrabitur eū
de fructu uentris tui ponam su
per sedem tuam. Si custodierint

filii tui testamentum meum et
testimonia mea hec que docebo eos
Et filii eorum usque in seculum
sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus syon
elegit eam in habitationem sibi.
Hec requies mea in seculum se
culi hic habitabo quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens bene
dicam sacerdotes eius saturabo pa
nibus. Sacerdotes eius induam
salutari et sancti eius exultacione
exultabunt. Illuc producam
cornu david paravi lucernam christo
meo. Inimicos eius induam
confusione super ipsum autem

efflorebit sanctificatio mea. ps.
Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fra
tres in unum. Sicut unguen
tum in capite quod descendit in
barbam barbam aaron. Quod
descendit in oram vestimenti eius
sicut ros hermon qui descendit in
montem syon. Quoniam illic
mandavit dominus benedictionem
et vitam usque in seculum. ps.
Ecce nunc benedicite domi
num omnes servi domini.
Qui statis in domo domini in
atriis domus dei nostri. In noc
tibus extollite manus vestras

in sancta et benedicite dominū
Benedicat tibi dominus ex
syon qui fecit celum et terram.
Gloria patri. Aña Cum iocū
ditate commemorationem beate ma
rie celebremus ut ipsa pro nobis in
tercedat ad dominum deum nostrū.
Virgo singularis inter
omnes mitis nos cul
pis solutos mites fac et castos
Vitam presta puram iter
para tutum ut videntes ihesū
semper collotemur Sit laus
deo patri summo xpisto decus spi
ritui sancto trinus honor unus
Amen. Capitulum.

74

Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi quasi mirra electa dedi suavitatem odoris. Deo grãs.

℣ Benedicta tu in mulieribus. ℟ Et benedictus fructus ventris tui.

Añt Salve. Psalmus

Nunc dimittis servum tuum domine secundũ verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tu-um. Quod parasti ante fa-ciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tue israel. Gloria pri. Añt Sal

Salue regina misericordie uita dulcedo
et spes nostra salue. Ad te clamamus
exules filii eue. Ad te suspiramus geme-
tes et flentes in hac lacrimarum ualle.
Eya ergo aduocata nostra illos tuos mi-
sericordes oculos ad nos conuerte. Et ihe-
sum benedictum fructum uentris tui.
Nobis post hoc exilium ostende. O cle-
mens. O pia. O dulcis maria.
Domine exaudi. Et clamor. Ore-
mus. Oratio
Ure igne sancti spiritus
renes nostros et cor nostrum do-
mine ut tibi casto corpore serui-
amus et mundo corde placeamus.
Concede nos famulos tuos



Domine ne in fu
rore tuo arguas
me neqꝫ in ira tu
a corripias me.

Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea Et anima mea turbata est valde sed tu domine usquequo Convertere dn̄e et eripe animam meam salvum me fac propter misericordiam tuam Quoniam non est in morte qui memor sit tui in inferno autem quis confitebitur tibi.

Laboravi in gemitu meo lavabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo Turbatus est a furore oculus meus inveteravi

ui inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem quoni
am exaudiuit dominus uocem
fletus mei Exaudiuit dñs
deprecationem meam dominus
orationem meam suscepit.
Erubescant et conturbentur
uehementer omnes inimici mei
conuertantur et erubescant ual
de uelociter. psalmus.
Beati quorum remisse
sunt iniquitates et quo
rum tecta sunt peccata Bea
tus uir cui non imputauit do
minus peccatum nec est in spi

ritu eius dolus Quoniam ta
cui inueterauerunt ossa mea dū
clamarem tota die Quoniā
die ac nocte grauata est super me
manus tua conuersus sum in
erumpna mea dum configitur
spina Delictum meum cog
nitum tibi feci et iniusticiam me
am non abscondi Dixi confi
tebor aduersum me iniusticiam
meam domino et tu remisisti im
pietatem peccati mei Pro hac
orabit ad te omnis sanctus in
tempore oportuno Verumpta
men in diluuio aquarum mul
tarum ad eum non approxima

bunt. Tu es refugium me-
um a tribulacione que circumde
dit me exultacio mea erue me
a circumdantibus me. Intellec
tum tibi dabo et instruã te in via
hac qua gradieris firmabo super
te oculos meos. Nolite fieri si
cut equus et mulus quibus non est
intellectus. In chamo et fre
no maxillas eorum constringe
qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris spe
rantem autem in domino mise
ricordia circumdabit. Letamini
in domino et exultate iusti et glo
riamini omnes recti corde. ps.

Domine ne in furore tu
o arguas me neq; in ira
tua corripias me. Quoni
am sagitte tue infixe sunt m
et confirmasti super me ma
num tuam. Non est sanitas
in carne mea a facie ire tue nō
est pax ossibus meis a facie pec
catorum meorum. Quoni
am iniquitates mee supergres
se sunt caput meum et sicut
onus graue grauate sunt su
per me. Putruerunt et corru
pte sunt cicatrices mee a facie
insipiencie mee. Miser factꝰ
sum et curuatus sum usq; in

finem tota die contristatus in
grediebar. Quoniam lum
bi mei impleti sunt illusioni
bus et non est sanitas in carne
mea. Afflictus sum et hu
miliatus sum nimis rugiebã
a gemitu cordis mei. Domi
ne ante te omne desiderium me
um et gemitus meus a te nõ
est absconditus. Cor meum
conturbatum est dereliquid me
uirtus mea et lumen oculorum
meorum et ipsum non est me
cum. Amici mei et proximi
mei aduersum me appropin
quauerunt et steterunt. Et

qui iuxta me erant delonge ste
terunt et vim faciebant qui que
rebant animam meam Et
qui inquirebant mala michi
loquuti sunt vanitates et dolos
tota die meditabantur Ego
autem tanq̄ surdus non audie
bam et sicut mutus non aperi
ens os suum Et factus sum
sicut homo non audiens et nō
habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine spe
raui tu exaudies me domine
deus meus Quia dixi neq̄n
supergaudeant michi inimici
mei et dum commouentur pe

des mei super me magna locuti
sunt. Quoniam ego in fla
gella paratus sum et dolor meus
in conspectu meo semper. Quoniam
iniquitatem meam annuncia
bo et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei vivunt
et confirmati sunt super me et
multiplicati sunt qui oderunt me
inique. Qui retribuunt mala
pro bonis detrahebant michi quoniam
sequebar bonitatem. Ne dere
linquas me domine deus meus
ne discesseris a me. Intende
in adiutorium meum domine
deus salutis mee. psalmus.

Miserere mei deus secū
dum magnam mise
ricordiam tuam. Et secun
dum multitudinem miseratio
num tuarum dele iniquitatem
meam. Amplius lava me
ab iniquitate mea et a pecca
to meo munda me. Quoni
am iniquitatem meam ego
cognosco et peccatum meum
contra me est semper. Tibi
soli peccavi et malum coram te
feci ut iustificeris in sermoni
bus tuis et vincas cum iudi
caris. Ecce enim in iniquitati
bus conceptus sum et in pecca

tis concepit me mater mea.
Ecce enim ueritatem dilexi
sti incerta et occulta sapiencie
tue manifestasti michi. As
perges me domine ysopo et mu
dabor lauabis me et super niuē
dealbabor. Auditui meo dabis
gaudium et leticiam et exulta
bunt ossa humiliata. Auer
te faciem tuam a peccatis meis
et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me
deus spiritum rectum innoua
in uisceribus meis. Ne proi
cias me a facie tua et spiritum
sanctum tuum ne auferas a

me. Redde michi leticiam sa
lutaris tui et spiritu principali
confirma me. Docebo iniquos
uias tuas et impij ad te conuer
tentur. Libera me de sangui
nibus deus deus salutis mee et
exultabit lingua mea iusticiā
tuam. Domine labia mea
aperies et os meum annuncia
bit laudem tuam. Quoniā
si uoluisses sacrificium dedissem
utiqz holocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus cō
tribulatus cor contritum et hu
miliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bo

na uoluntate tua syon ut edi
ficentur muri ierusalem.
Tunc acceptabis sacrificiū
iusticie et oblationes et holocau
sta tunc imponent super altare
tuum uitulos. psalmus.
Domine exaudi oratio
nem meam et clamor
meus ad te ueniat. Non ad
uertas faciem tuam a me in
quacumque die tribulor inclina
ad me aurem tuam. In qua
cumque die inuocauero te ueloci
ter exaudi me. Quia defecerunt
sicut fumus dies mei et ossa
mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fenum
et aruit cor meum quia oblitus
sum comedere panem meum.
A uoce gemitus mei adhesit
os meum carni mee. Simi
lis factus sum pellicano soli tu
dinis et factus sum sicut nicti
corax in domicilio. Vigilaui et
factus sum sicut passer solitari
us in tecto. Tota die exprobra
bant michi inimici mei et qui
laudabant me aduersum me
iurabant. Quia cinerem
tanq̄ panem manducabam
et potum meum cum fletu mi
scebam. A facie ire indigna

tionis tue quia eleuans allisisti
me. Dies mei sicut umbra
declinauerunt et ego sicut fe
num arui. Tu autem domi
ne in eternum permanes et me
moriale tuum in generatione
et generationem. Tu exurgens
domine misereberis syon quia
tempus miserendi eius quia ve
nit tempus. Quoniam pla
cuerunt seruis tuis lapides eius
et terre eius miserebuntur. Et
timebunt gentes nomen tuum do
mine et omnes reges terre glo
riam tuam. Quia edificauit
dominus syon et videbitur in

gloria sua. Respexit in ora-
tionem humilium et non spre-
vit precem eorum. Scriban-
tur hec in generatione altera et
populus qui creabitur laudabit
dominum. Quia prospexit
de excelso sancto suo dominus de
celo in terram aspexit. Ut au-
diret gemitus compeditorum
ut solveret filios interemptorum.
Ut annuncient in syon no-
men domini et laudem eius in
iherusalem. In convenien-
do populos in unum et reges ut
serviant domino. Respondit
ei in via virtutis sue paucitatem

dierum meorum nuncia michi.
Ne reuoces me in dimidio die
rum meorum in generatione et
generationem anni tui. Ini
cio tu domine terram fundasti et o
pera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem perma
nes et omnes sicut uestimentum
ueterascent. Et sicut opertorium
mutabis eos et mutabuntur tu
autem idem ipse es et anni tui non
deficient. Filij seruorum tuorum
habitabunt et semen eorum in se
culum dirigetur. Psalmus.
De profundis clamaui ad
te domine domine exaudi

uocem meam. Fiant aures
tue intendentes in uocem depre
cationis mee. Si iniquitates
obseruaueris domine domine
quis sustinebit. Quia apud
te propiciacio est et propter le
gem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in
uerbo eius sperauit anima mea
in domino. A custodia ma
tutina usque ad noctem speret is
rael in domino. Quia apud
dominum misericordia et copi
osa apud eum redemptio. Et
ipse redimet israel ex omnibus
iniquitatibus eius. Psalmus.

Domine exaudi oratio
nem meam auribus
percipe obsecrationem meam
in ueritate tua exaudi me in
tua iusticia. Et non intres
in iudicium cum seruo tuo do
mine quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis uiuens.
Quia persecutus est inimi
cus animam meam humilia
uit in terra uitam meam.
Collocauit me in obscuris
sicut mortuos seculi et anxia
tus est super me spiritus me
us in me turbatum est cor me
um. Memor fui dierum an

tiquorum meditatus sum in om
nibus operibus tuis et in factis
manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te
anima mea sicut terra sine aqua
tibi. Velociter exaudi me domi
ne defecit spiritus meus. Non
auertas faciem tuam a me et si
milis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac michi mane mi
sericordiam tuam quia in te spera
ui. Notam fac michi mane
uiam in qua ambulem quia ad
te leuaui animam meam. Eri
pe me de inimicis meis domine
ad te confugi doce me facere uo

luntatem tuam quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum domine uiuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animam meam et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam quoniam ego seruus tuus sum.

Letania maior.

Kyrieleyson. Xpisteleyson. Xpiste audi nos. Pater de celis deus miserere nobis. Fili redemptor mundi deus miserere nobis. Spiritus sancte deus mi[serere]

Sancta trinitas unus deus mi[serere]
Sancta maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora
Sancta virgo virginum ora
Sancte michael ora
Sancte gabriel ora
Sancte raphael ora
Omnes sancti angeli et archan
geli dei. Orate pro nobis
Omnes sancti beatorum spiri
tuum ordines orate pro nobis.
Sancte iohannes baptista ora
Omnes sancti patriarche et pro
phete. Orate pro nobis
Sancte petre ora
Sancte paule ora

Sancte andrea or
Sancte iacobe or
Sancte iohannes or
Sancte thoma or
Sancte philippe or
Sancte bartholomee or
Sancte mathee or
Sancte symon or
Sancte iuda or
Sancte thadee or
Sancte mathia or
Sancte barnaba or
Sancte luca or
Sancte marce or
Omnes sancti apostoli et euuangeliste or

Omnes sancti discipuli domini ✲ orate
Omnes sancti innocentes orate
Sancte stephane ora
Sancte agapite ora
Sancte fericole ora
Sancte ferrucia ora
Sancte anacli ora
Sancte line ora
Sancte clete ora
Sancte clemens ora
Sancte sixte ora
Sancte corneli ora
Sancte cypriane ora
Sancte laurenti ora
Sancte vincenti ora
Sancte nazari ora

Sancte celse ora
Sancte leodegari ora
Sancte lazare ora
Sancte mammes ora
Sancte gengulphe ora
Sancte desideri ora
Sancte valeri ora
Sancti gemini ora
Sancte benigne ora
Sancte symphoriane ora
Sancte blasi ora
Sancte georgi ora
Sancte dionisi ora
Sancte maurici ora
Sancte hyrenee ora
Sancte iuliane ora

Sancte policarpe ora
Sancte quintine ora
Sancte xpistofore ora
Sancte cosma ora
Sancte damiane ora
Sancte iohannes ora
Sancte paule ora
Sancte manulwile ora
Omnes sancti martires orate
Sancte silvester ora
Sancte hylari ora
Sancte martine ora
Sancte brici ora
Sancte amiane ora
Sancte desiderate ora
Sancte niceti ora

Sancte donate or.
Sancte prothadi or.
Sancte anatholi or.
Sancte ysodore or.
Sancte benedicte or.
Sancte ermēfrode or.
Sancte lautene or.
Sancte nicholae or.
Sancte alexi or.
Sancte eugende or.
Sancte dominice or.
Sancte augustine or.
Sancte ieronime or.
Sancte gregori or.
Sancte ambrosi or.
Sancte fransalce or.

Sancte anthoni or

Sancte claudi or

Sancte phileberte or

Sancte medarde or

Sancte anthoni or

Sancte eligi or

Sancte honorate or

Sancte maure or

Omnis sancti confessores ore

Sancta maria magdalena

Sancta felicitas or

Sancta perpetua or

Sancta agatha or

Sancta agnes or

Sancta lucia or

Sancta cecilia or

Sancta eulalia or̄
Sancta euphemia or̄
Sancta eugenia or̄
Sancta radegondis or̄
Sancta maria egypciaca or̄
Sancta margareta or̄
Sancta katherina or̄
Sancta martha or̄
Sancta barbara or̄
Sancta petronella or̄
Sancta fides or̄
Sancta spes or̄
Sancta caritas or̄
Sancta genovepha or̄
Sancta anna or̄
Sancta elizabeth or̄

Omnes sancte virgines. orate
Omnes sancti et sancte dei. orate
Propicius esto parce nobis domine.
Ab omni malo. libera nos domine.
Ab insidiis dyaboli. libera
A dampnatione perpetua. libera
Ab imminentibus peccatorum
nostrorum periculis. libera
Ab infestacionibus demonum. libera
A spiritu fornicationis. libera
Appetitu inanis glorie. libera
Ab omni immundicia mentis et corporis. libera
A fulgure et tempestate. libera
A subitanea et improvisa
morte. libera

A persecutoribus sancte dei ecclesie L'

Per misterium sancte incar nationis tue L'

Per aduentum tuum L'

Per natiuitatem tuam L'

Per baptismū tuum L'

Per aironalionem tuam L'

Per apparicionem tuam L'

Per ieiunium tuum L'

Per passionem ⁊ crucem tuam L'

Per admirabilem ascensionē tuam L'

Per graciam sancti spiritus paracliti L'

In die iudicii L'

In hora mortis succurre nobis
domine. Peccatores. Te rogamus
audi nos. Ut pacem nobis domine. Te.
Ut misericordia et pietas tua
nos custodiat. Te.
Ut ecclesiam tuam regere et de-
fensare digneris. Te.
Ut dominum apostolicum et
omnes gradus ecclesie in sancta re-
ligione conservare digneris. Te.
Ut regibus et principibus nostris
pacem veram atque concordiam do-
nare digneris. Te.
Ut episcopos et abbates nostros
et omnes congregationes illis com-
missas in sancta religione conser-

uare digneris. Te.
Ut omnibus benefactoribus
nostris sempiterna bona retribu
as. Te. Ut animas nostras
et parentum nostrorum ab eter
na dampnatione eripias. Te.
Ut fructus terre dare et conser
uare digneris Te.
Ut oculos misericordie super
nos reducere digneris Te.
Ut obsequium seruitutis no
stre rationabile facias Te.
Ut mentes nostras ad celestia
desideria erigas Te.
Ut miserias pauperum et
captiuorum intueri et releua

re digneris. Te r. Ut regula ribus disciplinis nos instruere digneris. Te r. Ut omnibus fidelibus vivis et defunctis requiem eternam dones. Te r. Ut nos exaudire digneris. Te r.

Fili dei Te r.

Agnus dei qui tollis peccata mundi parce nobis domine.

Agnus dei qui tollis peccata mundi exaudi nos domine.

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.

Xpe audi nos. Kyrieleyson

Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson.
Pater noster. Et ne nos.
Ut veniat super
nos misericordia tua domine.
Et salutare tuum secundū
eloquium tuum. Sacerdotes
tui induantur iusticiam. Et
sancti tui exultent. Domine
salvos fac reges. Et exaudi nos
in die qua invocaverimus te.
Salvum fac populum tuum
domine. Et benedic hereditati
tue. Fiat pax in virtute tua.
Et habundancia in turribus
tuis. Memor esto congrega
tionis tue. Quam possedisti

ab iniquo. Pro fratribus nostris
absentibus. Saluos fac seruos
tuos et ancillas tuas deus meus
sperantes in te. Pro cunctis fide
libus dei defunctis. Requiem eter
nam dona eis domine et lux per
petua luceat eis. Requiescant in
pace. Amen. Domine exaudi.
Et clamor. Oremus. Oratio
Pie et exaudibilis domine
ihesu xpiste deus noster de
menciam tuam cum omni sup
plicatione deposcimus. ut per
meritum et intercessionem bea
te et gloriose semper virginis ma
rie omniumque sanctorum an

gelorum archangelorum. patri
archarum. prophetarum. aposto
lorum. martirum. confessorum
virginum. monachorum. et om
nium civium superiorum. eccle
sie tue sancte catholice fidem auge
as pacem tribuas rectoribus no
stris et nobis remissionem et in
dulgentiam peccatorum concedas
infirmis salutem lapsis recupera
tionem aerum commoditatem
navigantibus atque iter agenti
bus fidelibus iter prosperum ac
salutis portum tribulantis gau
dium oppressis relevationem cap
tivis remissionem vinctis absolu

tionem et peregrinis ad patri
am reversionem angelum tuũ
sanctum nobis hic et ubique cu
stodem ac deffensorem mutuã
discordantibus karitatem in fide
libus veram fidem et defunctis
fidelibus vitam et requiem pro
picius donare digneris sempiter
nam. Qui cum patre et spiritu
sancto vivis et regnas deus. Per
omnia secula seculorum Amen.
Oremus Alia oratio.
Deus qui inter apostolicos
sacerdotes famulos tuos pontifica
li seu sacerdotali fecisti dignitate
vigẽ. presta quesumus ut eo

quorumque perpetuo aggregentur consor
tio. Per christum dominum nostrum
strum. Amen. Oremus. Oratio
Deus cuius miseratione
anime fidelium requiescunt
famulis et famulabus tuis hic et
ubique in christo requiescentibus da pro
picius veniam peccatorum ut a
cunctis reatibus absoluti tecum
sine fine letentur. Alia oratio.
Deus venie et largitor et
humane salutis amator
quesumus immensam clementiam
tuam ut nostre congregationis
tue fratres sorores parentes propin
quos et omnes benefactores nos

nos qui ex hoc seculo transierunt
beata maria semper virgine inter
cedente cum omnibus sanctis tuis
ad perpetue beatitudinis consorci
um pervenire concedas. Per dnm.

Oremus. Alia oratio.

Inclina domine aurem tu
am ad preces nostras quibus mi
sericordiam tuam suppliciter depre
camur ut animas famulorum et
famularumque tuarum quas de hoc
seculo migrare iussisti in pacis ac
lucis regionem constituas et sanctō
rum tuorum iubeas esse consor
tes. Per dominum. Oratio.

Deus cui proprium est mi

sereri semper et parcere suscipe depre
cationem nostram ut et quos de
lictorum nostrorum cathena con
stringit miseratio tue pietatis ab
soluat. Per dominum. Alia oratio.

Absolue domine animas
omnium fidelium defuncto
rum ab omni vinculo delictorum
ut in resurrectionis gloria inter sanctos
et electos tuos resuscitati respirent.
Per dominum. Alia oratio.

Pretende domine misericor
diam tuam famulis et fa
mulabus ~~tuis dexteram~~ celestis auxi
lii ut toto corde perquirant et que di
gne postulant assequantur. Per.

Quesumus domine pro tua.
Deus qui nos patrem ⁊ matrē.
Fidelium deus omnium.

Oratio ualde deuota ad mariā
uirginē matrē dnī nrī ihū x̄.



Bsecro te domina
sancta maria mater
dei pietate plenissima
summi regis filia. Mater glorio
sa. Mater orphanorum. Consola
tio desolatorum. Via errantium.
Salus in te sperantium. Virgo
ante partum. Virgo in partu.
Virgo post partum. Fons mise
ricordie. Fons salutis et gratie.
Fons pietatis et leticie. Fons

consolationis et indulgentie. per illam sanctam inestimabilē leticiam qua exultauit spiritus tuus in illa hora. Quando tibi per gabrielem archangelum an nunciatus et conceptus fuit fili us dei. Et per illud diuinum mi sterium quod tunc operatus est spiritus sanctus. Et per illam sanctam inestimabilem pietatē graciam amorem et humilitatē per quas filius tuus descendit ac cipere humanam carnem in ue nerabilissimo utero tuo. Et in quibus te respexit quando te com mendauit sancto iohanni aposto

lo et euuangeliste. Et quando te
exaltauit super choros angelorū
Et per illam inestimabilem hu
militatem in qua tu respondisti
archangelo gabrieli. Ecce ancil
la domini fiat michi secundum
uerbum tuum. Et per illa sanctis
sima quindecim gaudia que ha
buisti de filio tuo domino nostro
ihesu xpisto. Et per illam sanctā
magnam compassionem et acer
bissimum cordis dolorem quam
habuisti quando filium tuum do
minum nostrum ihesum xpistū
ante crucem nudatum et ipsa leuatum
uidisti pendentem crucifixum uul

neratum sicientem a poni cla
mantem audisti et morientem
vidisti. Et per quinque vulnera fi
lii tui. Et per contradictionem vi
scerum suorum pre nimio dolore
quem habuisti quando vidisti eũ
vulnerari. Et per fontes sanguinis
sui. Et per omnem passionem eius
Et omnem dolorem cordis tui. Et
per fontes lacrimarum tuarum
ut cum omnibus sanctis tuis veni
et festina in auxilium et consilium
meum in omnibus orationibus
et requestis meis. Et in omnib;
angustiis necessitatibus meis.
Et in omnibus aliis rebus in q̊

bus ego sum facturus locu
turus aut cogitaturus om
nibus diebus et noctibus ho
ris atque momentis vite mee
Et michi famulo tuo impe
tres a dilecto filio tuo omne com
plementum. Omni misericor
dia et consolatione. Omni auxi
lio. Omni consilio et adiutorio
Omni benedictione et sanctifi
catione. Omni salutatione et
prosperitate. Omni alacritate.
Etiam habundantiam omni
um bonorum spiritualium et cor
poralium. Et graciam sancti
spiritus qui me bene per omnia

disponat. Animam meam
custodiat. Corpus meum re
gat et protegat mentes custo
diat cursum dirigat sensum
erigat mores componat actus
probet. Vota et desideria mea per
ficiat. cogitationes sanctas insti
tuat preterita mala indulgeat
presentia emendet futura mode
retur. Vitam honestam et hono
rabilem michi tribuat. Et vic
toriam contra omnes aduer
sitates huius mundi. Et verã
pacem spūalem et corporalem
michi tribuat. bonam spem. ca
ritatem et fidem. castitatem. hu

militatem et pacienciam quinqz
sensus corporis mei regat et pro
tegat. Septem opera misericor
die complere me faciat duodecim
articulos fidei decem precepta legis
firmiter tenere et credere me faciat
et a septem peccatis criminalibus
me liberet et defendat usqz in finē
et in nouissimis meis diebus os
tende michi faciem tuam et annū
ciet michi diem et horam obitus
mei. Et hanc orationem suppli
cem exaudias et suscipias audi
et exaudi dulcissima mater dei
et misericordie. Amen.





Añt Placebo. ps.
Ilexi quoniam ex
audiet dominus
uocem orationis mee



Quia inclinavit aurem suam
michi et in diebus meis invocabo.
Circumdederunt me dolores mor
tis et pericula inferni invenerunt
me. Tribulationem et dolorem
inveni et nomen domini invocavi
O domine libera animam me
am misericors dominus et iustus
et deus noster miseretur. Custo
diens parvulos dominus humilia
tus sum et liberavit me. Conv
tere anima mea in requiem tuã
quia dominus benefecit tibi. Quia
eripuit animam meam de mor
te oculos meos a lacrimis pedes me
os a lapsu. Placebo domino in

regione uiuorum. Requiem
eternam dona eis domine et lux per
petua luceat eis. Añt. placebo domino
in regione uiuorum. Añ. heu me. ps.
Ad dominum cum tribu
larer clamaui et exaudiuit
me. Domine libera animam
meam a labiis iniquis et a lingua
dolosa. Quid detur tibi aut quid
apponatur tibi ad linguam dolo
sam. Sagitte potentis acute cũ
carbonibus desolatoriis. Heu m̃
quia incolatus meus prolungatus
est habitaui cum habitantibus ce
dar multum incola fuit anima
mea. Cum his qui oderunt pa

cum eram pacificus cum loquebar
illis impugnabant me gratis.
Requiem eternam. Ant. Heu me
quia incolatus meus prolungatus est.
Ant. Dominus. psalmus.
Levavi oculos meos in mon-
tes unde veniet auxilium
michi. Auxilium meum a do-
mino qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem pedem
tuum neque dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet
qui custodit israel. Dominus
custodit te dominus protectio tua
super manum dexteram tuam.
Per diem sol non uret te neque lu-

na per noctem. Dominus custo
dit te ab omni malo custodiat ani
mam tuam dominus. Dominꝰ
custodiat introitum tuum et exitū
tuum ex hoc nunc et usqꝫ in seculū.
Requiem eternam. Ant. Domi
nus custodit te ab omni malo custodiat
animam tuam dominus. Ant. Si
iniquitates. Psalmus
De profundis clamaui ad
te domine domine exaudi vocem me
am. Fiant aures tue intendentes
in vocem deprecationis mee. Si
iniquitates obseruaueris domine do
mine quis sustinebit. Quia apud
te propiciacio est et propter legem tu

am sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina usque ad noctem speret israel in domino.
Quia apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius. Requiem eternam. Antiphona Si iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit. Antiphona Opera manuum.
Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam audisti omnia verba oris mei.
In conspectu angelorum psal

lam tibi adorabo ad templum
sanctum tuum et confitebor no
mini tuo. Super misericordia
tua et veritate tua quoniam ma
gnificasti super omne nomen
sanctum tuum. In quacum
que die invocavero te exaudi me
multiplicabis in anima mea
virtutem. Confiteantur tibi do
mine omnes reges terre quia audi
erunt omnia verba oris tui. Et
cantent in viis domini quoniam
magna est gloria domini. Quo
niam excelsus dominus et humi
lia respicit et alta a longe cognos
cit. Si ambulavero in medio

tribulationis uiuificabis me et
super iram inimicorum meorũ
extendisti manum tuam et saluũ
me fecit dextera tua. Dominus
retribuet pro me domine miseri
cordia tua in seculum opera
manuum tuarum ne despicias.
Requiem eternam. an. Ani
mas fidelium. psalmus.
Magnificat anima mea
dominum. Et exulta
uit spiritus meus in deo saluta
ri meo. Quia respexit humili
tatem ancille sue ecce enim ex
hoc beatam me dicent omnes ge
nerationes. Quia fecit michi

magna qui potens est et sanctũ
nomen eius. Et misericordia
eius a progenie in progenies ti
mentibus eum. Fecit poten
ciam in brachio suo dispersit su
perbos mente cordis sui. Depo
suit potentes de sede et exaltavit hu
miles. Esurientes implevit
bonis et divites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum su
um recordatus misericordie sue
Sicut locutus est ad patres no
stros abraham et semini eius
in secula. Requiem eternã.
R. Animas fidelium quas assũp
sisti domine fac quia gaudere cũ

sanctis tuis in gloria. Pater noster.
Et ne nos. psalmus
Lauda anima mea domi
num laudabo dominum in
uita mea psallam deo meo quā
diu fuero Nolite confidere in
principibus in filijs hominū
in quibus non est salus Exi
bit spiritus eius et reuertetur in
terram suam in illa die peribūt
omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob ad
iutor spes eius in domino deo
ipsius qui fecit celum et terrā
mare et omnia que in eis sunt
Qui custodit ueritatem in

seculum facit iudicium iniu
riam pacientibus dat escam e
surientibus Dominus sol
uit compeditos dominus illu
minat cecos Dominus erigit
elisos dominus diligit iustos.
Dominus custodit adue
nas pupillum et uiduam su
scipiet et uias peccatorum dis
perdet Regnabit dominus
in secula deus tuus syon in ge
neratione et generationem.
Requiem. A porta inferi.
Erue domine animas eorum.
Requiescant in pace. Amen.
Domine exaudi. Et clamor.

Inclina domine aurem tu
am ad preces nostras quibus
misericordiam tuam supplices de
precamur ut animas famulorum
famularumque tuarum quas de
hoc seculo migrare iussisti: in pa
cis ac lucis regione constituas et
sanctorum tuorum iubeas esse
consortes. Alia oratio
Quesumus domine pro
tua pietate miserere animarum
famularum tuarum et a conta
giis mortalitatis exutas in eterne
saluationis partem restitue. Oratio
Deus qui feliciter mun
do mouentibus uitam

largiris in celestibus presta que
sumus ut patris mei et matris
mee animabus que peccatorum
suorum tribuatur remissio et
beatitudinis eterne donetur pro
missio. Alia oratio.
Fidelium deus omnium
conditor et redemptor animabus
famulorum famularumque tu
arum remissionem cunctorum
tribue peccatorum ut indulgen
tiam quam semper optaverunt
piis supplicationibus consequantur
Per eum qui venturus est iudica
re vivos et mortuos et seculum
per ignem. Amen. Invitatorium.

Regem cui omnia uiuunt uenite adore

Venite exultemus domi
no iubilemus deo salutari nos
tro preoccupemus faciem eius i
confessione et in psalmis iubile
mus ei. Regem cui omnia uiuunt
uenite adoremus. Quoniam
deus magnus dominus et rex
magnus super omnes deos quo
niam non repellit dominus ple
bem suam quia in manu eius
sunt omnes fines terre et altitu
dines montium ipse conspicit.
Venite adoremus. Quoniam
ipsius est mare et ipse fecit illud

et aridam fundauerunt manus
eius Venite adoremus et procida
mus ante deum ploremus corā
domino qui fecit nos quia ipse
est dominus deus noster nos au
tem populus eius et oues pascue
eius. Regem cui omnia uiuunt venite
adoremus. Hodie si uocem eius
audieritis nolite obdurare corda
uestra sicut in exacerbatione se
cundum diem temptationis in
deserto ubi temptauerunt me
patres uestri probauerunt et uide
runt opera mea. Venite adoremus.
Quadraginta annis proxi
mus fui generationi huic et di

ri semper hij errant corde ipsi vero
non cognoverunt vias meas qui
bus iuravi in ira mea si introibūt
in requiem meam. Regem cui omnia
vivunt venite adoremus. Requiem
eternam dona eis domine et lux
perpetua luceat eis. Venite adoremꝰ.
Regem cui omnia vivunt venite ado
remus. Ant. Dirige. psalmus
Verba mea auribus per
cipe domine intellige cla
morem meum. Intende voci
orationis mee rex meus et deus
meus. Quoniam ad te orabo
domine mane exaudies vocem
meam. Mane astabo tibi et vi

debo quoniam non deus uolens
iniquitatem tu es. Neque habi
tabit iuxta te malignus neque
permanebunt iniusti ante oculos
tuos. Odisti omnes qui operan
tur iniquitatem perdes omnes qui
loquuntur mendacium. Uirum
sanguinum et dolosum abhomi
nabitur dominus ego autem in
multitudine misericordie tue. In
troibo in domum tuam adorabo ad
templum sanctum tuum in timo
re tuo. Domine deduc me in iu
sticia tua propter inimicos meos
dirige in conspectu tuo uiam me
am. Quoniam non est in ore

eorum ueritas cor eorum uanum est. Sepulcrum patens est gut tur eorum linguis suis dolose age bant iudica illos deus. Decidant a cogitacionibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos quoniam irritauerunt te domine. Et letentur omnes qui sperant in te in eternum ex ultabunt et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui di ligunt nomen tuum quoniam tu benedices iusto. Domine ut scuto bone uoluntatis tue coro nasti nos. Requiem eternam.
Añt. Dirige domine deus meus in

conspectu tuo viam meam. Añt Con
uertere domine. psalmus
Domine ne in furore tuo
arguas me neq; in ira tua corri
pias me. Miserere mei domi
ne quoniam infirmus sum sa
na me domine quoniam contur
bata sunt ossa mea. Et anima
mea turbata est valde sed tu domi
ne usquequo. Conuertere do
mine et eripe animam meam
saluum me fac propter misericor
diam tuam. Quoniam non
est in morte qui memor sit tui in
inferno autem quis confitebitur
tibi. Laboraui in gemitu meo

lauabo per singulas noctes lectum
meum lacrimis meis stratum me
um rigabo. Turbatus est a furo
re oculus meus inueteraui inter
omnes inimicos meos. Discedi
te a me omnes qui operamini ini
quitatem quoniam exaudiuit do
minus uocem fletus mei. Ex
audiuit dominus deprecationem
meam dominus orationem meã
suscepit. Erubescant et contur
bentur uehementer omnes inimi
ci mei conuertantur et erubescant
ualde uelociter. Requiem. Añt
Cõuertere domine et eripe animam meã
quoniam non est in morte qui memor

sit eu. Añt Nequando. **psalmus**

Domine deus meus in te speravi salvum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me. Nequando rapiat ut leo animam meam dum non est qui redimat neque qui salvum faciat. Domine deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus michi mala decidam merito ab inimicis meis manis. Persequatur inimicus animam meam et comprehendat et conculcet in terra vitam meam et gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge domine in ira tua et exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti et synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere dominus iudicat populos. Iudica me domine secundum iusticiam meam et secundum innocenciam meam super me.
Consumetur nequicia peccatorum et diriges iustum scrutans corda et renes deus. Iustum adiutorium meum a domino qui salvos facit rectos

corde. Deus iudex iustus for
tis et paciens numquid irascitur
per singulos dies. Nisi conu
si fueritis gladium suum uibra
uit arcum suum tetendit et pa
rauit illum. Et in eo parauit
uasa mortis sagittas suas arden
tibus effecit. Ecce parturit in
iusticiam concepit dolorem et pe
perit iniquitatem. Lacum
aperuit et effodit eum et incidit
in foueam quam fecit. Con
uertetur dolor eius in caput eius
et in uerticem ipsius iniquitas
eius descendet. Confitebor do
mino secundum iusticiam eius

et psallam nomini domini altis
simi. Requiem. Ant. Nequan
do rapiat ut leo animam meam dum
non est qui redimat neque qui saluum
faciat. ℣ Dirige domine deus meus
in conspectu tuo uiam. Pater noster.
℣ Et ne nos. Lectio prima
Parce michi domine: ni
chil enim sunt dies mei. Quid est
homo quia magnificas eum: aut
quid apponis erga eum cor tuum?
Visitas eum diluculo: et subito
probas illum. Usquequo non
parcis michi nec dimittis me ut
glutiam saliuam meam? peccaui.
Quid faciam tibi o custos hominum?

Quare posuisti me contrarium tibi
et factus sum michimet ipsi gra
vis: Cur non tollis peccatum me
um: et quare non aufers iniqui
tatem meam: Ecce nunc in pul
vere dormio. et si mane me quesie
ris non subsistam. R. Credo quod
redemptor meus vivit et in novissimo
die de terra surrecturus sum. Et in carne
mea videbo deum salvatorem meum.
V. Quem visurus sum ego ipse et
non alius et oculi mei conspecturi sunt.
Et in carne. Lectio secunda
Tedet animam meam vi
te mee: dimittam adversum me
eloquium meum. Loquar in ama

ritudine anime mee: dicam deo.
Noli me condempnare. Judica
michi. cur me ita iudices. Num
quid bonum tibi uidetur si calum
nieris et opprimas me opus ma
nuum tuarum. et consilium im
piorum adiuues: Numquid oculi
carnei tibi sunt aut sicut uidet
homo et tu uides: Numquid sicut
dies hominis dies tui et anni tui
sicut humana sunt tempora:
Ut queras iniquitatem meam.
et peccatum meum scruteris. Et
scias quia nichil impium fece
rim cum sit nemo qui de ma
nu tua possit eruere. Qui

lazarum resuscitasti a monumento fe
tidum tu eis domine dona requiem. Et
locum indulgentie. ℣ Requiem eternā
dona eis domine. Et locum. Lectio iij.
Manus tue fecerunt me et
plasmaverunt me totū
in circuitu. et sic repente precipitas
me. Memento queso quod sicut
lutum feceris me: et in pulverem
reduces me. Nonne sicut lac mul
sisti me. et sicut caseum me coagu
lasti? Pelle et carnibus vestisti
me. Ossibus et nervis compegi
sti me. Vitam et misericordiam
tribuisti michi et visitatio tua cu
stodivit spiritum meum. ℟

Domine quando veneris iudicare terrã
ubi me abscondam a vultu ire tue. Quia
peccaui nimis in vita mea. Añt Com
missa mea pauesco et ante te erubes
co dum veneris iudicare noli me con
dempnare. Quia peccaui.
Añt In loco pascue. psalmus
Dominus regit me et
nichil michi deerit in lo
co pascue ubi me collocauit. Su
per aquam refectionis educauit
me animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas
iusticie sue propter nomen su
um. Nam et si ambulauero
in medio umbre mortis non ti

mebo mala quoniam tu mecum
es. Virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt. Para
sti in conspectu meo mensam adu
sus eos qui tribulant me. Im
pinguasti in oleo caput meum
et calix meus quam preclarus
est. Et misericordia tua sub
sequetur me omnibus diebus ui
te mee. Et ut inhabitem in do
mo domini in longitudinem di
erum. Requiem. Ant. In loco
pascue ubi me collocauit. Ant. De
licta iuuentutis. psalmus
Ad te domine leuaui ani
mam meam deus meus in te co

fido non erubescam. Neque irri
deant me inimici mei et enim
universi qui sustinent non con
fundentur. Confundantur omnes
iniqua agentes supervacue. Vi
as tuas domine demõstra michi
et semitas tuas edoce me. Diri
ge me in veritate tua et doce me
tu es deus salvator meus et te su
stinui tota die. Reminiscere
miserationum tuarum que a
seculo sunt. Delicta iuventu
tis mee et ignorancias meas ne
memineris domine. Secun
dum misericordiam tuam me
mento mei tu propter bonitatem

tuam domine. Dulcis et rec-
tus dominus propter hoc legem
dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudi-
cio docebit mites vias suas. Uni-
verse vie domini misericordia et
veritas requirentibus testamentũ
eius et testimonia eius. Propt[er]
nomen tuum domine propicia-
beris peccato meo multum est enĩ.
Quis est homo qui timet
dominum legem statuit ei in via
quam elegit. Misericordia ei[us]
in bonis demorabitur et semen
eius hereditabit terram. Firma-
mentum est dominus timentib[us]

eum et testamentum ipsius ut
manifestetur illis. Oculi mei
semper ad dominum quoniam
ipse evellet de laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere mei
quia unicus et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei mul
tiplicate sunt de necessitatibus erue
me. Vide humilitatem meam
et laborem meum et dimitte uni
versa delicta mea. Respice ini
micos meos quoniam multipli
cati sunt et odio iniquo oderunt
me. Custodi animam meã
et eripe me non erubescam quo
niam speravi in te. Innocen

tes et recti adheserunt michi quia
sustinui te. Libera deus israel ex
omnibus suis. Requiem. an.
Delicta iuuentutis mee et ignorantias
meas ne memineris domine. antiph.
Credo videre. Ps dauid.
Dominus illuminatio mea
et salus mea quem timebo. Do
minus protector vite mee a quo
trepidabo. Dum appropiant
super me nocentes ut edant car
nes meas. Qui tribulant me ini
mici mei ipsi infirmati sunt et ce
ciderunt. Si consistant aduersum
me castra non timebit cor meum.
Si exurgat aduersum me pre

lium in hoc ego sperabo. Unam
petii a domino hanc requiram ut
inhabitem in domo domini om
nibus diebus vite mee. Ut vi
deam voluntatem domini et vi
sitem templum eius. Quoni
am abscondit me in tabernacu
lo suo in die malorum protexit
me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltavit me et
nunc exaltavit caput meum
super inimicos meos. Cir
cuivi et immolavi in taberna
culo eius hostiam vociferatio
nis cantabo et psalmum di
cam domino. Exaudi do

mine uocem meam qua clamaui
ad te miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exquisi
uit te facies mea faciem tuam
domine requiram. Ne auer
tas faciem tuam a me ne decli
nes in ira a servo tuo. Adiu
tor meus esto ne derelinquas me
neque despicias me deus salutari
meus. Quoniam pater me
us et mater mea dereliquerunt
me dominus autem assumpsit
me. Legem pone michi domine
in uia tua et dirige me in semita
recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas

tribulancium me quoniam
insurrexerunt in me testes ini
qui et mentita est sibi Credo
uidere bona domini in terra uiuē
cium. Expecta dominum
uiriliter age et confortet cor tu
um et sustine dominum Re
quiem eternam. an. Credo uide
re bona domini in terra uiuencium.
V. In loco pascue. Ibi me collocauit
R Pater nr̄. Et ne nos. L. iiij.
Esponde michi quantas
habeo iniquitates et peccata. Et
scelera: atqꝫ delicta ostende mi
chi. Cur faciem tuam abscon
dis et arbitraris me inimicum

tuum: Contra folium qd' uen
to rapitur. ostendis potentiam
tuam et stipulam siccam perse
queris. Scribis enim contra me
amaritudines: et consumere
me peccatis adolescentiae meae. Po
suisti in neruo pedem meum et
obseruasti omnes semitas meas.
et uestigia pedum meorum con
siderasti: Qui quasi putredo con
sumendus sum: et quasi uesti
mentum qd' comeditur a tinea.
R. Heu michi domine quia pecca
ui nimis in uita mea quid faciam
miser ubi fugiam nisi ad te deus me
us miserere mei. Dum ueneris in no

nissimo die. V. Anima mea turba
ta est valde sed tu domine succurre ei.
Dum veneris. Lectio quinta.
Homo natus de muliere
brevi vivens tempore: re
pletur multis miseriis. Qui qua
si flos egreditur et conteritur et
fugit velud umbra et numquam i
eodem statu permanet. Et di
gnum ducis super huiuscemo
di aperire oculos tuos: et adduce
eum tecum in iudicium. Quis
potest facere mundum de imun
do conceptum semine. Nonne
tu qui solus es. Breves dies homi
nis sunt numerus mensium

eius apud te est. Constituisti ter
minos eius: qui preteriri non
poterunt. Recede ergo paululum
ab eo ut quiescat donec optata
veniat et sicut mercennarij di
es eius. R. Ne recorderis peccata
mea domine. Dum veneris iudica
re seculum per ignem. V. Dirige
domine deus meus in conspectu
tuo viam meam. Dum Lectio vj.
Quis michi hoc tribuat.
ut in inferno protegas
me: et abscondas me donec per
transeat furor tuus. Et consti
tuas michi tempus in quo recor
deris mei. Putas ne mortuus

homo rursum uiuat. Cunctis diebus quibus nunc milito. ex pecto donec ueniat immutatio mea. Vocabis me et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum. porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti. sed parce peccatis meis. R. Peccantem me cotidie et non me penitentem timor mortis conturbat me. Quia in infernum nulla est redemptio miserere mei deus et salua me. V. Deus in nomine tuo saluum me fac et in uirtute tua libera me. Quia in infernum.

Domine abstraxisti. Psalmus dd.

Exaltabo te domine qm̃
suscepisti me nec delectasti
inimicos meos super me. Do
